

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

X.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

maiozem in modum oro, des operam, ut Mag. Adamus inrelligat, me diligentissime ista de re ad te scripisse. Quam autem pecuniam ego à mercatore quodam Nordlingenſi ſuperioribus menſibus accepi, ejuſdem Schleittii nomine, de ea ſpero Mercatori jam eſſe ſatiſfactum.

De rebus aliis non habebam, quod ſcriberem, & eram ſanè occupator ſolito. *μαζοδελια* mea Auguſtiniana prælo brevi ſubjicientur : te exiſtimo in Refutatione Neocſtadiana pergere, & ſpero futurum brevi, ut ejus uſus ſit futurus haud contemnendus, qua de re aliàs. Benè in Chriſto Servatore vir clariff. unà cum conjuge honeſtiſſima & liberis vale. Argentorato, 16. Novembr. 1590.

Tuus in DOMINO frater

Joh. Pappus, D.



X.

S. D. Reverende & clariffime vir, frater cariffime.

CUM admodum incommodè habeam, imò non ſine periculo hoc tempore ægrotem, adjungo pagellas rerum, quæ in Arctoïſ his gentibus, memoriâ dignæ, ſuperiori quinquennio acciderunt, ut brevitatem Epistolæ, varietate & copiâ hiftoriolarum, quas minore eum moleſtiâ quàm literarum mearum balbutiem perluſtrabis, penſarem. Apud nos omnia DEÏ beneficio tranquilla, & eccleſiæ ac ſcholæ ſtatus mediocriſ & tranquilluſ eſt. Ego brevi me, in cœleſti Academiâ, omniſ caliginis, errorum & angorum expertem, de vivo Sapientiæ gurgite doctrinam, cujuſ initia in his terris libavi, hauſturum ſpero. Interea exilii hujus ærumnas placidè feram. Benè & feliciter vale. Dominica dulciſſimæ diſputationiſ Chriſti, & moſtæ matris Cananæ, Anno 1591.

David Chytræus.



XI.

S. D. Reverende & clariffime vir, frater cariffime.

SCRIPſit ad me, initio hujus anni, Bernarduſ Jobinuſ, ſe primam & poſtremam Sylvæ Chronici paginam recudere velle. Id ſi factum eſt, quaſo, ut duo aut tria exempla, non integri libelli, ſed earum ſolummodò chartarum, quæ ruruſ expreſſæ ſunt,